Glöckner, Karl [Editor]; Historische Kommission für den Volksstaat Hessen [Editor]: Codex Laureshamensis (Band 2): Kopialbuch, Teil 1: Oberrhein-, Lobden-, Worms-, Nahe- und Speiergau

Darmstadt, 1933 Seite 5



supra scriptorum require. Ego Samuel rogatus subscripsi. | Bl. 36, 2.

Donatio deo sacratę Angilę in Birstat supra[2]) scripta est.

169.

## Donatio Scoran in eadem uilla. Anno III° Karoli regis. Sub Gundolando abbate.

Ego Scoran in dei nomine[a]) pro anima Meginwardi[b]) quem suus genitor Heribertus mihi tradidit, dono ad s. Nazarium mrem. qui requiescit in corpore in pago rinensi in monasterio quod uocatur Lauresham, super fluuium Wisscoz situm, et cetera ut supra, usque: hoc est rem meam in *Birstat*, unam petiolam de prato, ex qua possunt colligi tres carradę feni, ad integrum a die presente de iure meo in ius et dominationem sancti N. dono, trado atque transfundo, perpetualiter possidendam, et reliqua usque: Actum est in monasterio Lauresham III nonas augusti. Sig. Scoran, Meginwardi. Samuel subscripsit.

3778. (Reg. 659.)

## Donatio Scorani i[n] uilla Birstat.

Bl. 223', 1. Hand L.

Ego in dei nomine Scoran pro remedio animę meę dono ad s. N. mrem., qui requiescit in corpore in monasterio laurish., ubi uenerabilis Gundelandus abb. preesse uidetur, donatumque in perpetuum esse uolo et promptissima uoluntate confirmo in *pago renensi* in uilla *Birstat* unum pratum ad III carradas feni, stipulatione subnixa. Actum in monasterio laurissamensi sub die III non. augusti, * anno III Karoli regis.

Gund. abb. — 771 Aug. 3. Kar. r.

170.

## Donatio Frumoldi in Birstat. Anno X regni d(om)ni Karoli regis, sub Gundelando abbate.

In Christi nomine ego Fromoldus pro dei intuitu, uel pro animę meę remedio, seu pro ęterna retributione per hanc cartulam donationis dono ad sanctum dei Nazarium, et cetera usque: hoc est rem meam, in *pago rinensi* in *Birstat*, portionem meam de terra arabili, uel quidquid ibidem habere uideor, usque in Wisscoz, a die presente, de iure meo in ius et domina-

3787. (Reg. 1449.)

## Donatio Frumoldi in Birstat.

Bl. 223', 2.

In Christi nomine * sub die III id. augusti, *anno X * Karoli regis *ego Frumolt dono ad s. N. mrem., qui requiescit in corpore in monasterio laurish., ubi uenerabilis Gundelandus abb. preesse uidetur, donatumque in perpetuum esse uolo in *pago renensi* in uilla *Birstat*, quidquid habere uideor * de terra arabili

778 Aug. 11. Kar. r. — Gund. abb.

a) dono. b) -g- verbessert aus i.

168] 2) Oben nr. 10, Cançor und seine Gattin A. schenken von deren Mitgift.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gloeckner1933bd2/0013
© Universitätsbibliothek Heidelberg